

XCII.

CONSOLATIO

AD ILLUSTRISSIMUM ET CELSIS-
simum Principem & Dominum,

DN. LUDOVICUM

PRINCIPEM ANHALTINUM,
COMITEM ASCANIÆ, DOMI-
NUM SERVESTÆ ET BERN-
BURGI;

justa facientem.

ILLUSTRISSIMÆ

Filiolæ,

DN. LOYSÆ AMALIÆ

Princip. Anhalt. Comit. Ascaniæ, Dn. Ser-
vestæ & Bernburgi;

Scripta

Ab humilimis Celsitudinis ejus
Cultoribus.



SERVESTÆ,

TYPIS ANDRÆÆ BEZELII,


ANNO M. DC. XXXV.

CONSOLATIO
AD ILLUSTRISSIMUM ET CELSIS-
SIMUM PRINCIPEM ET DOMINUM

DN. LUDOVICUM
PRINCIPEM ANHALTINUM,
COMITEM ASCANIAE, DOMI-
NUM SERVVESTAE ET BERN-
BURGI.

ILLUSTRIS-
SIME

DN. LOYSE AMALIAE
Princip. Anhal. Comit. Ascaniae, Da. Ser-
vestae & Bernburgis



ANNO M. DC. XXX.
TYPIS ANDRAE BEZEMII
SERVVESTAE



Ad
Illustrissimum & Celsissimum Principem,
ac Dominum,

Dn. LUDOVICUM

**Principem Anhaltinum, Comitem Ascaniæ, Do-
minum Servestæ & Berenburgi, &c. Dominum
suum Clementissimum.**

Pramaturum obitum ILLUSTRISSIMÆ
Filiolæ Dnæ:

LOYSE AMALIÆ
Principis Anhaltinæ: &c. b. m. lugentem.



Rgò ne PATRIÆ vel quidquam desit agoni.

Impetis illustres Tu quoque PARCA
lars!

Nec satis armorum vastari cuncta furore,
Nî pulset celsas Mors quoque sava do-
mos!

Sicq; catenatas SORS, MARS, MORS undiq; curas,
Et luctum affictæ suppeditet patriæ!

Scilicet hæc ævi facies! ea vivimus cheu!

Tempora, quæ perpes non nisi luctus agit!

At benè habet; tali solet igne probare Jehovah

Quos amat, & sculptos mente, manuq; gerit;

Quosq; per hæc fluxæ tandem dispendia vitæ

ECRUCIS IN LUCIS stat revocare scholam.

Hos inter sobolis sat crebrâ exercite clade

SEMO, PATER PATRIÆCCU LUDOVICE clues,

Sic

Sic voveo, sic condoleo, sic comprecor, ut quem
Provida cura Dei vellit, & ipsa beet;
Sicq; juvante Deo luctum modereris acerbum:
Et repares voto quod cupis omne meo!

*Contestanda συμπαθείας, ac devotionis
humilimæ symbolum*

Joh. Sturmij Cancellarij
Servestani.

I I.

Sume animum, generose Heros, & funera magno
Fento animo prolis tertium, ut ante, Pater.
Terna quidem, fateor, tibi vulnera funera prolis
Terna Φιλοσόφῳ dira dedere Patri.
Quæ Natam & Natum sequitur modò, flebile funus,
Vulnera jam integrat Nata priora Patri.
Sume animum generose Heros; nil ictibus istis
Territus, excelsæ mentis, ut ante, memor.
Palma velut victrix contra grave pondus in altum
Surgit: Tu contra vulnera tolle caput.
Irati non sunt hæc Numinis omina, virtus
Excocta hoc triplici purior igne nitet.
Magne, vides in qua serveris tempora, Princeps,
Non nisi consiliis inferiora bonis.
Ite procul priva, Patriæ succedite cura:
Patria privatas accumulabit opes.
Quò te Fata vocent, generose, intelligis, Heros;
Ut totus Patriæ distineare bono.
Hinc tibi materiem priva subducere cura
Dilectam prolem, pergit, ut ante, DEUS:

Ne quam curarum partem sibi vendicet illa,
Tota tua ut Patria publica cura fiet.
Ipse tua sobolis curam sibi vendicat omnem,
Ipse inter cæli sidera celsa locat.
Scilicet insigne hoc est Numinis omen amici!
Anne orbum dixis, qui Pater est Patriæ?

Humilimæ supra Deias
ergo scribebat

M. Wendelinus
G. A. R.

III.

ECquis non Animas felices prædicet, Ecquis
Harum beatam maximè
Sortem præ reliquis non putet esse, quibus
Effracto duri latebroso Carceris antro,
Hostisq; ruptis vinculis,
Hic ubi cum tenebris nil nisi squalor inest,
Maturè innumeros licet evitare dolores,
Transire queis cum gaudio
In loca tranquillè liberiora datur?
Scilicet hoc ipso, si quovis, tempore Mundus
Immundus iste Carcer est,
Horrificis cheu plenus ubiq; dolis:
Est Carcer, Virtus è quo penè exulat omnis,
E quo exulat Jus atq, Fas
Penè omne, immo omni cum Pietate Fides.

A 3

Est

Est Carcer, magis horrendum, majore repletum
Squalore quem nec viderit
Unquam, non quisquam legerit, audierit:
Est Carcer Mundus, cujus, qui tristibus hæret
In vinculis diu miser,
Vix vitam, vario crimine liber, aget:
Noluit hoc longum torqueri, noluit unus,
Qui parvulum curat gregem,
Qui vitæ unus habet jus DEUS atq; Necis:
Noluit hoc nimium torqueri Carcere sanctam
Illustris Animam plantulæ
LUDOVICO Ascaniæ Principe patre satæ.
Quare, ne medio vitiorum gurgite sævam
Præsentem cum periculo
Contraheret labis Mens generosa notam,
Maturè hanc voluit scelerati è Carcere Mundi
Creator ipse providus
Transferre in celsi regna beata poli:
Hic ubi nec Tenebræ, queruli nec signa doloris,
Non terror aut mortis metus,
Hic ubi mœstitiæ non locus ullus erit:
Sed cum perpetuo dulcissima júbila plausu
Hic cœlites inter vigent
Júbila non finem non habitura modum.
Et quis non Animam felicem prædicet, & quis
Hujus beatam maximè
Sortem præ reliquis non putet esse, cui
Tam

Tam subito effractis vitiosi Carceris antris
Ruptisq; Mundi Vinculis,
Hic ubi cum luctu nil nisi Crimen inest,
Mature innumeros licuit vitare dolores,
Transire cui cum gaudio
In loca Coelicolium liberiora datum?
Salve, o facta recens fortunati incola caeli,
Animula salve blandula,
Salve o, coelicolium dulcis & hospes ova!

M. Petrus von Zena / Reipub. Ser-
vestanae Consul & Illustr Gymnas.
Adjunctus

IV.

Nil oculos veritate ^{hos} vincentes sidera, vultum
Diis similem, Amaliam mors truculenta feris!
Mors truculenta feris sanguen de stemmate regum,
Principibus nescis parcere Parca sacris!
Non pietas Patris, non te Genitricis amores
Moverunt tanta, quam modo luctus habet!
Quin nec praesae veritate praeludia mentis,
Qua mage spondebat splendidiora dies,
Scilicet est lex una homini, quo nascimur, & quo
Carcere mortalis corporis egredimur.
Ergo, Loysa, placet cito tantis undiq; vinculis
Exemt am patriae jura adisse Tua:
Hoc certo felix, ter felix nomine Princeps,
Cui patriam caelum mox reperisse datum.

Quid

Quid tibi cum mundo immundo, quem linquere praestat,
Crimine quam diuam contemerasse animam.
Hoc quicumq; diu mortalis in orbe moratur,
Is certè haud pauco crimine polluitur.
Hoc quicumq; diu mortalis in orbe moratur,
Hunc dolor, hunc lacryma, bella, laborq; premunt.
Hoc quicumq; diu mortalis in orbe moratur,
Ille diu patria sede poloq; caret.
Ergo Heros, Patria Pater, ò LUDOVICE dolere
Gnatae obitum, immo abitum, desine quaeso Tua,
Mille dolos mundi, morborum mille dolores,
Atq; alia haud sensit, dum cito ab orbe fugit.
Dum cito ab orbe fugit, mundoq; hoc cedit, amarus
Quem modo bellorum terror & horror habet.
Mille est letitiae species, sacra gaudia mille
Obtinet in celso Nata beata polo.
Quando erit illa dies, qua nos jungat eidem,
Quo caelum intremus, quando erit illa dies?

Daniel Ludovicus Med.
Logic. & Math. Prof.

Cl 1926

ULB Halle 3
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift


Sb.

Paul Friedrich
Buchbindereimeritor
Merseburg a. S.

1017







Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



PLATIO
 MUM ET CELSIS.
 & Dominum,
 DOVICUM
 NHALTINUM,
 ANIÆ, DOMI-
 Æ ET BERN-
 GI:
 entem.
 ISSIMÆ
 e,
 AMALIÆ
 . Ascaniæ, Dn. Ser-
 nburgi;
 ta
 elsitudinis ejus
 bus.
 STÆ,
 Æ BEZELII,
 C. XXXV.

92

